inſulto alienis demū veſtigijs inſiſterem. Ver. Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limē. Inſto
inſiſto potius cū datiuo. Inſtant operi regniſq; futuris. Reperitur tamen cū accō. Parte alia
Inſto marti currūq; rotaſq; volucres Inſtabant. Plau. Rectam inſtas viam. ¶ Palpo illi vel
Palpo illum. i. adulor, docent quidam. Sed palpo potius accm̄ habet, palpor dtm̄. Iuuena.
Palpor Quem munere palpat. Plaut. Obſeruatore q̄ blande mulieri palpabitur. Cui male ſi
palpere recalcitrat vndiq; tutus.

¶ Multa verba conſtruūtur cū dtō vel alio caſu, ſed in diuerſa ſignificatiōe

¶ Ternum alium vel petunt caſum ſenſu variato — Verſus.
Audio, & auſculto, commendo, conuenioq;
Dimitto, timeo, metuo, vaco, do, referoq;
Fœneror, inceſſit, credo, accedo, ſociabis
Conſulo, & impono, conduco, deficioq;
Sufficio, recipit, contingit iungito dictis.

¶ Audiui dicta tua, Ic heb ghehoort. Dicto nō audierūt vel vſitatius per participiū
Audio Dicto audientes nō fuerūt. i. nō obtēperarunt, vel per duos datiuos. Dicto audiens
erat flamen pontifici. Nōnūq̄ etiā per accm̄ in eo ſenſu, vt ſi me audies vitabis inimi
Auſculto citias. i. ſi mihi obtemperabis. Auſculta pauca, vel p ablm̄, auſculta paucis. Auſcul
ta me. i. audi luyſtert. An auſcultem ſeni. i. obtemperē. Vin tu homini ſtulto auſcultа
Commendo res Vel per accm̄ in eodem ſenſu. Plau. Niſi me auſcultas atq; hoc q̄ dico facis. Cō
Conuenio mendo te regi. i. committo. Commendo te apud regem. i. laudo. Cōuenit mihi. i. cō
Dimitto ueniens mihi eſt. Conuenit me. i. alloquitur me, vel ad loquendū accedit. Dimitte no
Timeo bis debita. i. remitte. Dimitte nos, laet ons gaen. Timeo & Metuo tibi tāq̄ amico, ne
metuo malum tibi eueniat. Timeo te tanq̄ inimicū, Ic vreeſe oft ontſie v. Vaco philoſophiæ
Vaco .i. operam do. Vaco philoſophia vel crimine. i. vacuus ſum. Do tibi literas. i. trado
Do vt ad aliū perferas. Do ad te literas. i. ad te mitto. Refero tibi. i. narro vel reporto. Re
Refero fero ad ſenatū. i. in cōſultationē pono. De his referam ad ſenatū potius, q̄ hæc ad ſena
Fœneror tum referam. Refero tibi acceptum. i. fateor me accepiſſe ab te. Fœneror tibi. i. do ti
bi pecuniam ad vſuram. Fœneror abs te. i. pecuniā accipio ad vſuram. Inceſſit mi
hi cupiditas id eſt ſubijt. Inceſſit me ille id eſt me offenſur⁹ petit & accuſat me, hoc eſt

preſentis tp̄is ab inceſſo .i. illud p̄teriti ad incedo. Cedo tibi .i. locū tibi do. Cedo tibi ius meum .i. cōcedo, Ic ouergheue, vel cedo iuri meo. Vel per ablt̄m̄, ceſſit loco, .i. receſſit ex loco. Cedamus patria. Cædo te per æ diphthōgon .i. verbero vel occido. Accedit huic rei vel dolori .i. additur. Accedo te vel ad te .i. adeo. *Conſulo tibi .i. conſiliū tibi do*, vel ꝓuideo. Cōſulo te .i. cōſiliū abs te peto. Impono tibi .i. decipio, quaſi fraudem tibi impono, habet plerūq; hoc modo impoſitū in ſupino, vnde impoſtor, deceptor, impoſtura deceptio. Impono onus humeris. Ic opſette oft opleggHe. Conducit tibi .i. tibi vtile eſt. Conducit te .i. ducit, hi leydt oft huert. Deficit tibi .i. deeſt. Deficit te .i. deſerit. Sufficio tibi .i. ſatis tibi ſum. Sufficio te .i. in locum alterius te ſubſtituo. Recipio tibi .i. promitto. Se curaturum recepit .i. promiſit. Recipio te cum honore .i. accipio. Contingit mihi .i. accidit. Contingit me .i. tangit. ¶ Interdico ſæpe & elegāter cōſtruitur cum datiuo & ablatiuo, rarius autē cū datiuo & accō. Ci. Interdictum erat mihi aqua & igni. (Cū datiuo & accuſatiuo) Iuſtinus li. 5. Et cui paulo ante omnem humanam opem interdixerat. Seneca. Interdico mihi inſpectionem rerum naturæ. Oui. Cui quondam regia coniunx orbem interdixit.

Cedo
Cædo
Accedo
conſulo
*Impono*
Conduco
Deficio
Sufficio
Recipio
contingit
Interdico

.i. verbū tranſitiuum .i. accm̄ .i. regit
**V**Erbum quod tranſit ſibi quartum iure gubernat.
vt Amo deum. Numeras arenam. Saluta patrem. Bibis vinum. Iuua vel adiuua nos. Loquor veritatem. Oſculatus eſt Chriſtum.

Verba cū accō ſuuo
Adiuuo

.i. poſco .i. rogo bedeecken, helen
**Poſtulo, poſco, peto, doceo, rogo, flagito, cælo**
.i. veſtio
**Exuo cum veſtit, monet, induo, calceo, cingo.**
.i. doceo .i. poſco
**Hortor, erudio, exigo, ſic interrogo, et oro,**
conſiliū peto .i. interrogo valde oro .i. duos
**Conſolo, percontor, iubeo, obſecro dant tibi binos**
.i. diuerſas
**Accuſatiuos varias res ſignificantes,**
.i. verborum vehementiſſ. tranſitionis .i. accm̄ .i. ſignificantē rē inanimatam
**Sed paſſiua regunt quartum tibi non animatum**

vt Id poſtulat. Popoſcit me mutuū. Tu modo poſce deos veniā. Petit, rogat, flagitat, orat, exorat te veniam, vel petit, orat &c. ex te veniam. Docuit me literas. Dedocebo te iſtos mores. Cælo te hanc rem, vel hac re, vel de hac re, vel cælo a te hanc rē, vel cælo tibi hanc rem. Cælo autē pro ſculpere nō eſt vehemētiſſimæ tranſitionis. Exuo me veſtem, vel veſte, vel exuo mihi veſtem. Induo te tunicam vel tunica, vel induo tibi tunicā. Veſtio te diploidē vel diploide. Moneo & conſulo ſupra de verbis accuſandi. Calcia te caligas, vel caligis. Cingo me cingulū vel cingulo. Id te iamdudū hortor. Erudiuit eum ſcientiam. Te veritatē exigunt, vel vſitatius, abs te veritatē exigunt. Interrogabant me multa, vel multis, vel de multis, vel interrogabant ex me multa. Sūt que volumus te percontari. Iubeo te aliquid, vel iubeo tibi aliquid. Ci. Te aliquid iuberent. Teren. Imo filium iube potius. (Sed paſſiua regunt) Inutile ferrum cingitur. Induiturq; togam. Per legatos cuncta eſt edoctus. Græcas literas doctus aut eruditus, vel literis græcis. Sal. Sempronia literis græcis atque latinis docta. In Iob. Multi

cælo
Exuo
induo
cingo
Hortor
Exigo
Percontor
iubeo

to minora exigaris a deo q̃ meretur iniquitas tua. ¶ Omnia rogãdi verba admittunt
duos diuerſos accõs, præter Supplico quod dtĩm exigit, vt Deo ſupplica. Ipſum hũc
Rogandi Supplico — orabo, huic ſupplicabo. Antiqui tamen cætera etiã rogandi verba datiuo interdum
iunxerunt teſte Seruio. Ver. S. Cui me fortuna ꝑcari. Et vitta comptos voluit ꝑten
dere ramos. Teren. Ad ꝑcatorẽ ibo, credo qui mihi ſic oret. Sed hic mihi, dtĩuſ ẽ cõis,
Precor inſtruo — vt ſit ſenſus, qui mihi ſic oret. i. ꝓ me. ¶ Inſtruo apud Pſalm. legitur cũ duob⁹ accis
Viã iuſtificationũ tuarũ inſtrue. Nos pro vno accõ ablt̃m addemus, vt Inſtruo, im
buo, vel inſtituo liberos bonis literis, non bonas literas.

.i. verbum abſolutũ .i. ſi capiatur trãſitiue .i. regit .ſ. accm̃

Verba abſoluta cum accõ — **Abſoluens verbum (ſi tranſit) habet quoq; quartum**

ſ. v̄bũ abſolu. .i. intellecta .i. accm̃ .i. præpoſitione

**Idq; ſubaudita dat quartum præpoſitura**

ſ. v̄bũ abſolu. .i. accm̃ .i. ꝓpriæ .i. ſignificationis

**Exigit hoc quartum proprie quoq; ſignificati**

(Abſoluens verbũ) Formoſum paſtor Coridon ardebat Alexim. i. ardenter amabat
Nec vox hominẽ ſonat. i. ſono exprimit. Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mi
neruæ. i. ſtupens miratur. Perit ſeu deperit virginem. i. inſane & perdite amat. Callet
*muſicam. i. optime ſcit. Ludit aſſidue aleam. Olet vnguenta. i. olendo refert.* Id ſapit
Ardeo Sono Pereo Calleo — mel vel aduſtionem. (Idq; ſubaudita) Lætor fortunã tuã. ſ. propter. Hunc ſcio mea
ſolide gauiſurũ gaudia. Suſpirat longo non viſam tẽpore matrem. Id nunc ſuccẽſe
mihi. Id operã do. i. propter id. Ne vicẽ noſtram iraſcaris. Doleo vicem tuã. Lugeo
patrẽ. Plango amici caſum, ſubaudi propter. Itẽ. Gẽs inimica mihi tyrrhenũ nauigat
æquor. ſup. per Similiter Terrã, mare, ſydera iuro. i. per terrã &c. Lauinaq; venit li
tora. ſ. ad. (Exigit hoc quartum) vt Morior mortẽ. Quã hic vitam viuitis! Endimi
Lugeo — onis ſomnũ dormis. Itẽ vitã. Redite viã. ¶ Et quemadmodũ hæc verba admittunt
poſt ſe accm̃ *propriæ ſignificationis, ita eorũ veluti paſſiua ãte ſe talis acci ntm̃.* Oui
iã tertia viuitur ætas. Iuue. Dũ luditur alea pernox. ¶ Aliquoties pro accõ harũ regu
Ardeo Oleo Calleo — larũ legitur ablatiuus. Hora. Donec non alia magis arſiſti. i. donec non aliam magis
amaſti q̃ me. Ouidi. Perq; locos ſacros & olentia ſulfure fertur. Gell. Omniũ rerum
vſu callere oportet. Lætor tua fortuna, tuo gaudio. Vita viuet & non morietur. Eſt
enim plærũq; huiuſmodi ablt̃us cauſæ vel modi.

ſup. verbi perſonalis .i. accm̃ .i. exigit .ſ. ante ſe

Infinitiuus — **Infinitiuus quartum poſcit præeuntem.**

vt Patricidas viuere eſt pernicioſum. Principem philoſophari expedit reipub. Meũ
gnatum rumor eſt amare. Lætor te affuiſſe. Audiuit filio non datum iri vxorem.
¶ Qui ſciemus an accũs ab infinitiuo a fronte regatur? Qñ accũs ipſe, in ntm̃ poteſt
mutari & verbum infinitum in finitum præpoſitio ꝙ vel vt, vt Cupio te literas di
ſcere id eſt cupio vt tu diſcas literas. Audiuit filio non datum iri vxorem. i. ꝙ vxor
non daretur vel non danda eſſet filio. ¶ Dicitur in declaratione literæ (Infinitiuus ver
bi perſonalis) Nam ab imperſonali infinitiuus non habet ante ſe accuſatiuum, vt Au
dio cantari. Accepi acriter pugnatũ eſſe, ab imperſonalibus, cantatur, pugnatur. Si ta
men tales infinitiui a paſſiuis intelligantur deducti, vtiq; admittunt a fronte accuſati
uum, vt Audiui pſalmos cantari. Expedit noxios plecti. ¶ Ex his collige, verbi ve
hementiſſimæ tranſitionis infinitiuum plures admittere accuſatiuos, vnum a fronte
in quantum videlicet infinitiuus eſt, duos a tergo in quantum vehementiſſimæ trãſi
tionis, & accuſatiuos communes, vt Conſtat præceptorem hoc bienniũ docuiſſe pu
eros grammaticam.

Regũt. i.accm̃ hæc verba dedecet oblectat

**Dant quartum iuuat/atq; decet/delectat/oportet/**

**Preterit/ & fallit/fugit/ & latet addito dictio.**

vt Me iuuat ſeu delectat ludere. Me iuuat luſus. Nũc oẽs arbuſta iuuant. Habebis q̃ tuã ſenectutem oblectet. Pueros decet eſſe verecundos. Decet pueros verecundia. Dedecet virginem impudentia. Nos autẽ gloriari oportet in cruce dñi noſtri Ieſu chriſti. Id factum non oportuit. i. non oportuit fieri. Nonne prius communicatũ oportuit. Adoleſcenti morem geſtũ oportuit. i. morem gerere. Manſum oportuit. i. manere oportuit, ab imperſonali manetur. Me latet, me fugit, præterit, fallit. i. ignoro. Nec latuere doli fratrẽ Iunonis & Iræ. Admittit lateo etiã datiuum vt dictũ eſt ſupra. ¶ Oportet apud antiquos ſimiliter reperitur perſonale cũ nominatiuo ſuppoſito. Teren. Quæ aſſolent quæq; oportent. Varro de re ruſtica. Tertia res eſt nutricatu quæ obſeruari oporteat. ¶ Decet & iuuat apud veteres cũ dtõ quoq; legũtur. Terẽ. Facite vt vobis decet. Salu. Locum editiorem q̃ victoribus decet. Plau. Quando ita tibi iuuat, vale atq; ſalue

Lateo
Oportet
Decet
Iuuat

.i.abltm̃ i. ſignificantẽ tp̃is q̃n vel intra quod

**Omne regit verbum ſextum de tempore quando/**

pro & vel q̃dudum .i.accõ .i.abltõ p̃ vel .i. ponis.

**Quanq̃ diu tempus quarto ſexto ve reponis.**

(De tẽpore quando) Quando veniſti: hora tertia. Nocte vigilas. Luce dormis. Hyeme nauigas. Aeſtate domi deſides. Superioribus diebus ad te ſcripſi. Anno p̃ximo te viſam. Media nocte profectus eſt, vel de media nocte. De ſecũda vel tertia vigilia copias eduxit. Hora. Vt iugulent homines ſurgũt de nocte latrones. Vt teipſum ſerues non expergiſceris. (Intra quod) Hoc opus tribus abſolui mẽſibus. i. intra tres mẽſes. His diebus paucis pontifex factus eſt. Paucis diebus hoſtem in cathenis eſt habiturus. Ouidi. Si quoties peccant homines ſua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit. i. intra tẽpus exiguum. (q̃diu) vt q̃diu commoraturus eſt apud nos: duos annos, vel duobus annis, vel per duos annos, vel ad duos annos. Ver. Totidẽ durare per annos. Cor. Ta. Armeniã petiuit id temporis importunã. Idẽ. Apud finem ligurũ id temporis erat. i. per id temporis, vel per antiptoſim elegãter pro eo tẽpore Cice. Dormiit ad horas treis. i. circiter treis horas, vt quidã exponũt. Sed elegãtius per accm̃ ſine præpoſitione. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Vna cũ gente tot annos Bella gero. Menſes treis abeſt. Stertit noctes dieſq;. Rarius aũt per ablm̃, vt Manſit autẽ Maria cũ illa quaſi menſibus tribus. Plinius li. 4. epiſt. Egerã horis tribus & dimidia. (q̃dudum) vt q̃dudũ obijt pater ſab hinc treis menſes, vel tribus menſibus Sed ſæpius per accm̃. Horum pater ab hinc duos & viginti annos mortuus eſt. Ab hinc ſexaginta annos occiſus. Annos ſexaginta natus es. Putant quidam hic intelligi præpoſitionem ante. Dicitur autem q̃dudum de re non adeo diu præterita. q̃pridẽ vero de re ante multos etiam annos facta.

De nocte
De ſecũda vigilia
q̃dudum
q̃pridem

.i. verbũ motus vel diſtantiæ .i.accm̃ .i.abltm̃ p̃ vel .i. regit

**Motus vel diſtans quartum ſextum ve gubernat.**

ſup. prædictis

**His quoq; menſure verbum coniunxeris apte.**

Motus
Diſtantiæ
Menſuræ

(Motus.) vt Perrexit duo miliaria, duo milia, duo paſſuum milia, vel duobus miliarijs, duobus milibus, duobus paſſuum milibus, vel Feci iter duum milium vel

ad secundū lapidē. Latū pedē, latum digitum, latū culmū ne abieris, latum vnguem hinc ne discesseris. Hora. Milia tum pransi tria repsimus. (Distantiæ) Abest a continenti quingentis passuum milibus, vel quingenta milia. Est ab vrbe sesquimiliariū, vel sesquimiliario. i. vno miliario & dimidio. Absum viginti passus vel passibus. Duo milia hostes aberant, iter vnius diei aberant, ecu dachreyse. Ouidi. Milia qui non dissat ab vrbe decem. Idē. Iugeribusq; nouē summ⁹ qui distat ab imo. Ver. Nec longis inter se passibus absunt. ¶ Nonnunq̄ subauditur accūs vel abltūs. Cice. Nos properabamus in castra que aberant bidui sup. iter. (Mensuræ) vt patet in longū quingenta stadia. Patebat quoquouersus pedes triginta. Verg. Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo) Treis pateat cœli spaciū non amplius vlnas. Persius. Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat. ¶ Verbū autē significās aliquid fieri vł factū esse, construitur cū abltō certæ distentiæ, nō cum accō, vt Captus est latro sexto ab vrbe lapide, vel sexto miliario, nō sextū lapidem, neq; sextū miliarium. Quod si nō sit distantiæ nomē, interponitur præpositio. vt Captus est in agro tiburtino, obtruncatus in foro, vel clare subauditur, vt eodem loco obtruncatus. i. in eodem loco

Nota regulā.

.i. accm̄ vel
.i. verbo cōpositæ figuræ abltm̄ .i. adiunges

**Verbo composito casum quandoq; locabis**

sup. accm̄ vel .i. præpositio cum
abltm̄ .i. regit qua cōponitur .i. domum

**Quem dat componens: vt vis exire penates.**

(De accō) Vulcanū alloquitur. Affaturq; deos. Aliquot me adierunt. Quas vēro se cesserit oras. Itē. Traiecit copias iberū. Traduxit exercitum Isarā, vbi alter accūs virtute præpositionis regitur, alter virtute simplicis. (De abltō) Expulit me vrbe placidū caput extolit vnda. Detrudūt naues scopulo. Tectis excedere iussa. Egrediturq; domo. Exeat aula qui vult esse pius. ¶ Excedo, egredior. exeo. et si qua sunt similia nonnunq̄ etiā accm̄ admittunt quasi intelligantur componi ab extra. Luca. Patrios excederem muros. Sue. quis statuisset non egredi tabernaculum. Teren. Cum limē exirem. Exeo hominē. i. morior, apud Solinū. Apul. Exibis asinū. i. exues figurā asini. Sed sæpius abltm̄. Dicitur in litera (q̄n̄q;) Nā cōpositū non semper habet accm̄ vel abltm̄ suæ præpositionis, sed q̄n̄q; datm̄ vt dictū est ibi (Circū, ah, in, contra) Q̄nq; alium casum. vt Debello hostē, expugno vrbē, deridet me. Præcedam vos in galileam Multorū cogitationē lingua præcurrit. Euado gradus & ad gradus. i. ascendo. Sic exeo illum. i. longior illo sum legitur nonnunq̄. Videntur enim hoc modo vim habere transitiuorū. ¶ Simplex interdū pro composito acceptū constructionē significationē q; habet cōpositi. Ludis ne me. i. illudis. Rideo patronū cui opus aduocato. i. derideo. Scandūt rursus equū. i. ascendūt. ¶ Præpositio in compositiōe q̄n̄q; mutat significationē simplicis, vt Inuenio, impono ꝓ decipio. Defero pro accuso &c. Q̄nq; auget, vt Perficio, perlego. i. vsq; ad finem lego. Perfero ad finē vsq; fero. Nōnunq̄ etiam minuit, vt Subrideo modicum rideo. Subirascor, subpauidus. Quandoq; item præpositio mutat genus & coniugationem, vt Sperno is, & Aspernor aris.

Excedo
Egredior
Exeo
Exeo hoīem

Euado
Exeo

sup. verbum
.i. aliquid ꝓ & .i. significans .i. abltm̄

Verba cum ablatiuo

**Remq; notans fieri sextum causeq; modiq;**

.i. exigit sup. ex qua vel circa quam.

**Aut instrumenti sibi poscit materieq;**

¶(Cauſæ) Viribus eum vicit non dolo. Eo fine vel ea cauſa dixi. Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabũtur. Illius ergo venimus. i. illius cauſa. Nomẽ eſt indeclinatum ergo. Plurimũ valet authoritate. Pollet ingenio. Præſtat virtute. Plus valet carmine q̃ oratione ſoluta vel proſa. (Modi) Summa eloquentia cauſam egit. Mira celeritate rem peregit. Summa humanitate tractauit hominem, vel ſumma cũ humanitate. Quod fors feret feremus æquo animo. Iniquo animo tulit. Ioco dixi nõ ſerio. Forti animo iſtam tolera militiam. (Inſtrumenti) Petijt me ſaxo, ſtricto, ferro, fuſte. Cecidit loris. Argumentis facile refellam. Nititur haſta, ſed innititur haſtæ (Materiæ ex qua) vt Cudit ære, vel ex, vel de ære. Multo cælauerat auro. Hora. Vetuſtis extruit lignis focum. (Materiæ circa quam) Veſtitur purpura. Ornauit parietes auleis. Poetæ lauro coronantur. Inſtrue liberos honeſtis artibus. Affecit me gaudio, mœrore, dolore. Pluit lapidibus, lacte, ſanguine, vel Pluit lapides, lac, & ſanguinem. Summo te honore proſequitur, id eſt, plurimum te honorat. Dono te libertate, vel Dono tibi libertatem. Impartio te rebus meis, vel impartio tibi res meas. Augeo te fortunis, & augeo tibi fortunas. Cumulo te lucro, & cumulo tibi lucrum. Materia ex qua, eſt ex qua aliquid fit. Materia circa quam, eſt circa quã verſatur authoris ſeu operantis intentio & induſtria, vt Domus eſt materia circa quam fabri, calciamentũ ſutoris, artes docentis.

Nitor
Innitor
Pluo
Proſequor
Dono
Impartio
Materia ex qua & circa quam

.i. certificantẽ certam vel incertam
.i. ablatm̃ .i. regit quantitatem exceſſus

## Exceſſus verbum ſextum dat certificantem

vt Præſtat illi duobus aureis. Excedit illud quatuor pedibus. (De incerta quantitate) vt Multis partib⁹ te vincit, ſuperat, excellit, antecellit. Multo præſtat beneficij q̃ maleficij immemorem eſſe. Abeat multo malo quouis gentium. Incredibile dictu eſt, quanto herum anteeo ſapientia. ¶ Verba cum præ, ante, & poſt compoſita, ponuntur cum his ablatiuis. Multo, paulo, aliquanto, tanto, quanto, eo, quo, vel cum his aduerbijs, Multum, paulum, aliquantum, tantum, quantum. Cætera autem verba habent. Multum, parum. &c.

.i. regunt .i. ablatm̃

## Dant ſextum potior/veſcor/fungor/fruor/vtor

vt Hoſtes potiti ſunt caſtris. Potitus eſt amica. Auro vi potitur. Potitus eſt voto. Veſcor pane. Nõ veſcitur caſeo, carnibus, lacte, vino. Fungitur ſummis honorib⁹. Functus eſt officio. Fungitur magiſtratu. Defunctus eſt magiſtratu. i. abſolutus eſt. O tãdem magnis pelagi defuncte periclis. Fruimur partis. Vita ipſa qua fruimur breuis eſt. Fruiturq; deorum colloquio. Fruitur ſuauiſſimi amici conſuetudine. Cic. Amœnitate ſumma ſemper fructus. Et alius quidam. Summa gloria fruiſcor. i. fruor. Id abs te peto ſumma tua in me fretus humanitate ac liberalitate. i. confiſus humanitati &c. nomen eſſe putant fretus. Vtitur aliena ſupellectile. Rebus ſuis abutitur. Expedit reipub. ne quis re ſua male vtatur. ¶ Inueniuntur hæc verba apud vetuſtiſſimos accm̃ nonnunquam admiſiſſe. Teren. Ille alter ſine labore patria potitur commoda. Tute illorum officia fungere. Meretricem abuſus. Tectiq; auro iã veſcimur aurum. Potior etiam gtm̃ interdum. Cice. Ocium nobis exoptandum eſt quod ij præſtatum videntur, qui potiuntur rerum. i. qui omnium rerum obtinent imperium ſeu arbitrium. Lacedemonij longe lateq; rerum potiti ſunt. i. vicerunt. Salu. Vt prius q̃ legatos conueniret Adherbalis potiretur.

Potior
Veſcor
Fungor
Fruor
Fruiſcor
Vtor
Potior

## ¶ De caſibus abſolute poſitis.

.i. multi .i. ponũtur abſolute loco orationis p̄ dũ, ſi, ſ quia

SVnt ablatiui plures rectore ſoluti

Me dormiente tu potas. Veniunt ad monumentũ orto iam ſole. i. dũ ego dormio, dum ſol ortus eſſet. Tonante cœlo lauro coronabatur. Tyberius contra fulminum ictus. Saturno rege aurea fuere ſecula. Te põtifice hæc fiunt, Cicerone conſule Catilina oppreſſus eſt. Te impulſore feci. Eraſmo præceptore tantus hic euaſit. Me duce carpe viam. Plini. Rex apũ procedit foras non niſi migraturo examine. Luca. Vero Cæſare Romã ignaue liquere manus. Sed id raro per participium tẽporis futuri.

.i. abſolute .i. antecedens .i. gratia relatiui interpoſiti

Quandoq; abſolutis precedens iure relati

Sal. idẽ velle & idem nolle ea res demũ firma amicitia eſt. Cice. of. Ludo ex ioco illo quidem vti licet, ſed ſicut ſomno cæteriſq; quietibus, tum cũ grauibus ſeriiſq; rebus ſatiſfecerimus. Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Ver & æſtatem tu plaſmaſti ea. Ponuntur aũt caſus hi omnes abſolute, nã propter relatiuũ interpoſitũ, antecedens nõ habet v̄bũ, neq; regens. Relatiuũ enim identitatis non reciprocũ, et aliũ ſemp̄ requirũt duo verba vel vnũ verbũ bis poſitũ. Relatiuũ tñ diuerſitatis, vt alius, alter & reciprocum, vt ſui & ſuus vnico eſt verbo contentũ, vt Paulus & alius quidã naufragio perierunt. ¶ Hæc autẽ conſtructio (in conuertendo dñs captiuitatẽ ſion) eſt alias inaudita et nõ latina vt inquit Valla. Auguſti. aũt in pſalmos ſic legit. Dũ conuerteret dñs captiuitatem ſion. Siue igitur dixeris nominatiuum abſolute poni ſiue non, parui refert.

## ¶ De caſibus aduerbialiter poſitis.

vel motus .i. conſtruunt cũ gtis oppi- .i. noĩa op-
in loco dorũ aduerbialiter poſitis pidorum ſu p. tales gtĩ

Quietis
Motus
in locum

VErba quietis habent genitiuos, oppida ſi ſint

.i. ſingularis & primæ declinationis vel ſecundæ

Vnius numeri, flexus primi, alteriuſue,

.i. plis .i. tertiæ ſ. verba quietis ł mot' in loco,
.i. dtm̃ vel .i. ablm̃ numeri declina. pro vel .i. petunt

At ternum aut ſextum pluris ternę ve requirunt.

(Sententia) Oppidorũ noĩa ponũtur aduerbialiter in gtõ cũ verbis quietis vel mot' in loco, ſi ſint ſingularis numeri, & primæ vel ſecundæ declinatiõis. Si vero ſint aut numeri pluralis aut tertiæ inflexionis, in dtõ aut abltõ. (In gtõ) Didicit bonas literas Louanij & Lutetiæ. Negociatur Lugduni. Iã diu fuit Romæ, Rhodi græciſſat. (In dtõ aut abltõ) Philoſophatus eſt Athenis. Diu vixit Gabijs. Mortuus tandẽ Gadib' Pugnatum eſt Carthagini vel Carthagine. Fuere Sicyoni iã diu Dionyſia, vel Sicyone, Cice. ad Atti. Conuento Antonio Tiburi. Idem ad eundem. Sextũ nunciauit cũ vna ſolum legione fuiſſe Carthagini. Idem de ſenectute. Lacedæmone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis. Plin. xxxv. cap. x. Effectum eſt Sicyone primum, deinde & in tota Græcia. Adiectiuum tamen apponitur ablatiuo tantum. Vergi. Tyria Carthagine qui nunc expectat. ¶ Adduntur & hi datiui veſperi, luci, ſorti, tẽpori, & ruri aduerbialiter etiã cõſtructi. Quid quoq; die dixerim, audierim, egerim, cõmemoro veſperi. Venit ad nos veſperi. Gelli. Si id luci feciſſent. i. per diẽ. Cicer. Quis enim audeat luci & in militari via. Vergi. Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti id eſt per ſortem. Plau. Sorti ſum victus. Idem. Venturus tempori. i. tẽpeſtiue. Idẽ.

Veſperi
Luci
Sorti
Tempori

Veniā aduorſum tēpori. Aduorſum .i. obuiā. Et iterū. Nō ſatis tēpori. Teren. Ruri
ſe continebat. Ci. Hunc ruri eſſe patiebatur. Pro dtīs leguntur interdū ablti, vt Eodē Ruri
veſpere eſt reuerſus. Luce dormis. Rector nauis eligēdus eſt nō ſorte ſed arte. In tpē
ad eam venit. O valeant fruges ne ſint non rure puellæ. Ci. ad At. Quā equidē rure
eſſe arbitror. Si autē addideris adiectiuū per abltm̄ fere loq̄ris. Perſi. Rure paterno ē
tibi far modicum. Columel. Iā eo rure quod paſcuo caret poteſt contineri. Pli. tamē
epiſt. Summo veſperi abeuntibus nobis, per datiuum ſcripſit.

.i. hi gtī ponantur etiā aduerbialiter cū verbis quietis vel motus in loco

**Militię atq; domi, belli, reſidebis humiq;**

.i. aduerbialiter .i. hos gtōs

**Hic etiam poni terręq; togęq; videbis.**

Domi militiæq; præclara facinora fecit. militiæ ſpectata domiq; virtus. Cice. 2. offi.
Quibuſcūq; rebus vel belli vel domi poterunt augeant remp. Verg. Qui legitis flo- Militiæ
res & humi naſcentia fragra. Idem. Condidimus terræ. Gratus principi belli togæq; .i. Domi
bello & pace. Sil. de Varrone conſule temerario. Idem vt turbarū lator atq; attende- Belli
re ſolers inuidiā, prauilq; togæ, ſic debilis arte belligera. i. vt erat prauus domi, ſic e- Humi
rat ineptus foris & rei militaris plane ignarus. Toga autē veſtis erat Romanorum, Terræ
qua paucis tantū tēpore vtebantur, vnde factū eſt vt pro pace accipiatur. ¶ In eadem Togæ
ſignificatione hæc nomina ſubinde per abltm̄ quoq; efferuntur, Plini. Vt dubiū ſit
toga ne an bello præſtantior fuerit. Salu. in Catil. Mari atq; terra præclara facinora fe-
cit. Ci. Domo me contineo. Vergi. Abde domo .i. in domo, authore Seruio. Colu-
mella. Nec denſa naſcitur humo. Idem. Vt pinguiſſima vel macerrima iacitur hu-
mo. Imo hoc modo addito adiectiuo per genitiuū loqui non liceret. ¶ Humi etiā iū- Humi
gitur verbis motus ad locum. Deiecit humi mœſtior vultum. Strauit humi pronā.
¶ Hi genitiui, die quinti, die noni, die priſtini, & ſimiles apud antiquiſſimos reperi-
untur quaſi aduerbialiter prolati, vbi nūc per abltōs dicimus, die quinto, die nono,
die priſtino &c. vt inquit Gel. li. 10. Mitte mecū Romam equitatum die quinti. Die
noni prætor dicit quiritibus compitalia erunt. De his autem genitiuis die & ſ[illegible]ibus,
vide Etymologiam quinta declinatione.

verbū motus ad locū cōſtruitur cū accīs oppidorū aduerbialiter poſitis.

**Adq; locum motus quarto ſimul oppida iungit** Ad locū mot⁹

Profectus eſt Romam, Louanium, Athenas. (Etiam addito appellatiuo) Iuſtinus.
Pictuam vrbem conceſſit. (Et per græca) Idem. Lacedæmona proficiſcuntur. Nea-
polim eſt conceſſurus.

.i. nominibus .i. hos tres accōs appellatiuos etiam aduer-
oppidorū .i. etiā bialiter poſitos cū verbis motus ad locum

**His quoq; coniungis rus, adde domumq; domoſq;** Rus Domum Domos

Dū ruſeo cœpi egomet mecū cogitare. Abi domū propere. Iuue. Inde domos abe-
unt. Oui. quo ruitis quiſq; veſtras redite domos. ¶ Hi acci, ſuppetias, inferias, & infi-
cias nonnunq̄ veluti aduerbialiter verbis motus ad locū iungūtur vt Suis fugientib⁹
ſuppetias ire cōtēdit. i. ad ſubſidiū vel auxiliū. Nunciabatur auxilia magna eq̄tatus
oppidanis ſuppetias venire. Dixit etiā Sueto p̄ verbū tranſitiuū. Ferre ſuppetias. Ore- Suppetias
ſtes occiſo patri matrē miſit inferias .i. ad vel in ſacrificia quę p̄ mortuis fiebāt inferis inferias
Vergi. Viuētes rapit inferias quos immolet vmbris. It inficias. i. inficiatur ſeu negat. inficias
Iuit inficias, negauit. Si hæc palā, p̄ſerim⁹ ille inficias ibit. ¶ Alij quoq; ac. i aduerbia- Alij acci
ſcunt, tam ſubſtantiui quam adiectiui. (Subſtantiui) Hora. Paſtorem ſaltaret vti Cy-
clopa rogabat. i. inſtar paſtoris, ſeu (vt ita loquar) paſtoraliter. Boeti⁹. Aſinum viuit

.i.aſinine.Iuue.Bacchanalia viuūt.i.bachanaliter ſeu delitioſe.(Adiectiui) vt Longū
Alīj caſus formoſum vale.i.in longū ſeu diu. Aeternūq; vale. Tranſuerſa tuentibus hircis id ē
tranſuerſe. Suaue rubens hyacinthus.i.ſuauiter. Sublime expulſam.i.ſublimiter. Et
mœſtū illachrymat. i.mœſte.Iuue.Si rectū minxit amicus.i.recte.Horat.Indomita
ceruice feros vbicunq; locorū viuitis.i.more ferorū. Alīj etiā caſus, vt Fors & vota
facit.i.fortaſſis. At qui huiuſmodi ſtructuris vti volet, ijs demum vtatur quæ a pro-
batis ſunt authoribus vſurpatæ.

i.verbū motus de loco, cōſtruitur cū abla-
tiuis oppidorū aduerbialiter acceptis.

.i. verbū motus per locū ſiſ-
cū ablatiuis oppidorū aduer-
bialiter acceptis.

Mot⁹ de loco.

## Motus deq; loco ſexto coniungitur, & per.

(Motus de loco) Venit Roma. Reuerſus eſt Louanio, Athenis.i.de Roma.&c.Cice.
2.off. Aratus profectus Argis Sitionē, clandeſtino introitu vrbe potitus eſt (Per lo-
cū) Ex vrbe rediens feci iter Agrippina.i.per Agrippinā. Louanio ſum facturus iter
i.per Louaniū. Sed ſæpius addimus præpoſitionē vitādæ ambiguitatis cauſa. ¶ Nec
excluſeris a regulis oppidorū iā datis nomina compoſita, cum ipſa quoq; aduerbia-
ſcant interdum, ſiue græca, vt Neapolis, Nicopolis, Conſtantinopolis, ſiue latina, vt
Nouūcomū, Regiūlepidū vel Regiūlepidi &c. Sueto. in Cæſare Rettulit etiā vt colo-
nis quos Nouumcomum duxiſſet ciuitas adimeretur. Idem a Galba. Carthagine no-
Vicorum no-mina ua conuentū agēs tumultuari gallias cōperit. Quorū multi ſunt Regijlepidi; ſet ipſi
quidā. ¶ Huc reducito etiam vicorū ſeu pagorū nomina, quæ ſimiliter vice aduer-
biorum poſita leguntur, vt Romani inauſpicato cōtulerunt ſe Cannas. Et cannis cō-
ſumpta iuuentus. Cannæ arum, nomen vici Apuliæ. ¶ Appellatiuis ſiue maiorum
locorum nominibus fere præpoſitio additur, vt Egit cauſam in foro. Negociatur in
Britannia. Profectus eſt in Hiſpaniam. Reuerſus in prouinciam, Abijt in forū. Redijt
e Gallia. Ex templo. (Vel ſubauditur præpoſitio.) Virg. Non Libyæ non ante Tyro
deſpectus Hiarbas.i.in Libye. (Dicimus enim Libye es, & Libya æ) & in Tyro, teſte
Seruio. Item, Ibitis Italiam. ſup. ad, vel in. Deuenere locos lætos. Etiā oratione ſoluta.
Sueto. Ab Actio quum Samum inſulam in Hiberna ſe recepiſſet. Cæſar. Varro cū
itinere conuerſo ſe Italiam venturum promiſiſſet ¶ Interdum etiam ciuitatū proprijs
legimus additam præpoſitionem ſed rarius q̄ vt libenter imitemur, vt Eo die Ver-
res ad Meſſanam venit. Ita & apud Cæſarem, & alios nonnunq̄.

i.hi duo ablatiui rure et domo
ſimiliter aduerbialiter ponun-
tur cū verbis motus de loco.

ſc3. militia, bello, & humo, que
non ponuntur aduerbialiter.

Rure Domo.

## Rure, domoq; venit dicis, ſed cetera ſperne.

Timeo ne pater iā rure redierit. Domo progreditur. ¶ Quia iā egimus de locorū vo-
cabulis, nō ab re fuerit aliquantulum obiter ſubijcere de eorū interrogatiuis, & quem-
Interrogatiua locorum admodū ad ſingula reſpondeatur. Quatuor igitur ſunt interrogatiua locorū. Quo
i.ad quem locum. Qua, i.per quem locum. Vbi, in quo loco, & Vnde. i.de quo lo-
Quo Huc co. ¶ Quo abis? Louaniū, Lutetiam, rus, domum, in Germaniam, ad nūdinas. Item
illuc iſtuc Huc.i.ad hunc locum vbi ego ſum. Iſtuc ad iſtū locū vbi videlicet tu es. Illuc ad illū
locū vbi neq; ego ſum neq; tu. Intro.i.ad locum interiorem. Foras buytēvvaert. Eo
.i.ad eū locū, eodē, alio, aliquo, quolibet, quouis, nuſq̄. Legitur item hoc, illo, iſto, pro
Quorſum huc, illuc, iſtuc. Virgi. Hoc tunc ignipotens cœlo deſcendit ab alto. Plaut. Neq; iſto
redire his octo poſſem mēſibus. Ci.li.1.epiſt. Illo ſi veneris. Taci. Illo propinqua ve-
ſpera tribunus venit. Quorſum idest verſus quem locum, compoſitum ex quo &
verſum, vt Quorſum diuertis? Antuerpiam verſus, ad forum verſus, vel ſine ad-

Dextrorſum, ſiniſtrorſum, leuorſum, ſurſum, deorſum, retrorſum, antorſum non antrorſum, horſum, aliorſum. Quoquouerſus. i. circūcirca. Legitur etiā quorſus ꝓ quorſum. Quouſq; perueniſti? Hucuſq;, iſtucuſq;, illucuſq;, eouſq;, hactenus &c. Itē Romā uſq;, ad alpes uſq;, ad forū uſq;. ¶ Qua veniſti? vel qua feciſti iter? Colonia. i. per Coloniam, per forū, per templū. Itē hac. i. per hanc viā, illac, iſtac, Ea. i. per eā viā alia. i. per aliā viā, recta. i. per rectā viā. Quaqua, i. per quācunq; viā, quaq;. i. per quā q; viā. Qualibet, ſiqua, nequa, aliqua, alia, vtraq;. Plaut, Is deriſui eſt quaqua incedit omnibus. Teren. Cur non recta introiſti? ¶ Vbi ſe continet? Louanij. Romæ, Neapoli. Carthagine, Militiæ, Domi, belli, ruri. Item hic, illic, iſthic. Intus binnen. Foris buyten. Vbiq;. i. in omni loco. Aliubi & alibi. i. in alio loco. Alicubi. i. in aliquo loco. Ibi ibidem, ſicubi. i. ſi alicubi. Necubi. i. ne alicubi. Inibi. i. in eodem loco. Neutrobi. i. in neutro loco. Vtrobiq;. i. in vtroq; loco. Vſq̄. i. vllo in loco. Nuſq̄. i. nullo loco. ¶ Vnde venis? Roma, Louanio, rure, domo, de foro, de templo. Item hinc, illinc, iſtinc. i. de hoc illo & iſto loco. Foris van buyten. Intus van binnen. Vtrinq;. i. ex vtraq; parte. Hinc inde van hier eñ van daer. Extrinſecus, intrinſecus. Aliunde. i. ex alio loco. Alicunde. i. ex aliquo loco. Necunde. i. ne ex aliquo loco. Sicunde. i. ſi ex aliquo loco. Vndeuis, Vndecunq;. Vndiq; id eſt ex omni loco. Superne id eſt ex ſuperiore parte Inferne ex inferiori parte ſeu loco. Hora. Mulier formoſa ſuperne. Luca. Lapſuſq; ſuperne. ¶ Nuſq̄ & vſq̄ reſpondentur ad vbi cum verbis quietis, vel ad quo cum verbis motus ad locum. Oui. Et quam non inuenit vſq̄ eſſe putat nuſq̄. Teren. Nuſq̄ abeo. Ita & peregre variat, vt peregre viuit, peregre abijt, peregre redijt. Et ſimiliter foris & intus. vt Foris ſum, foris venio. Intus eſt, intus venit. Foras autem & intro ad locum duntaxat denotant, vt Abijt foras vel intro. ¶ Nominibus aduerbialiter acceptis adduntur ſubinde adiectiua. Ouidi. In epiſto. Atq; aliquis doctas iam nunc eat inquit Athenas. Iuue. Laudo tamen vacuis q; ſedem figere Cumis deſtinet. Cice. ad Atti. Malo cum timore domi eſſe q̄ ſine timore Athenis tuis. Idem. Nonne mauis ſine periculo domi tui eſſe q̄ cū periculo alienæ? Ouidi. Quo ruitis veſtras quiſq; redite domos. Porro obliquis nominis domus aduerbialiter acceptis, hæc fere adiectiua iunguntur, mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, & aliena. Salu. tamen in Iugur. aliud addidit Aurum atq; argentum, & alia q̄ prima ducuntur domū regiā cōportant. Addūtur item aliarum dictionum genitiui, vt Eram domi illius, domi Cæſaris vel Pompeij, vt placet Vallæ

Quouſq;
Qua
Vbi
Aliubi
Sicubi
Necubi
Inibi
Neutrobi
Vnde
Nuſq̄ Vſq̄.
Peregre
Intus Foris
Intro Foras.

## De conſtructione Supinorum. Gerundiorum, & Participiorū.

i. verbis motus ad locum.

**Verbis motiuis coniunge priora ſupina**

i. poſteriora ſupina ſæpe conſtruunt̄ cū q̄buſdā nominib⁹ adiectiuis

**Poſteriora ſibi ſociabit mobile ſepe.**

Supina.

(Priora ſupina) vt Eamus ſpectatum ludos. Abijt piſcatum. Stultitia eſt inuitos canes ducere venatū. (Poſteriora) vt Turpe dictu. i. turpe ſi dicat̄ vel vt dicat̄. Miſerabile viſu. Difficile creditu, Facile auditu, Procliue factu. Sunt autem poſteriora ſupina fere paſſiuæ ſignificationis. At in his, Surgit cubitu, redit venatu nomina potius cēſenda ſunt q̄ ſupina. Tametſi quidam contenderint eſſe ſupina cum verbis motus de loco constructa.

.i. quēcunq; caſum regit verbum poſt ſe, eundem & participium.

**Quem caſum verbo iunges et participanti.**

Participia

& gerundia  .i. in eadē ſignificatione in qua & verbū regit talem caſum

Gerundia

## Atq; gerundiuus ſimili ſed ſignificatu

(De participijs) vt Conſulens tibi. Donaturus tibi veſtē. Donaturus te veſte. Fruiturus te. Tuarū miſertus fortunarū. Diligēdus omnibus vel ab omnib⁹. Semp etenim eandē oportet obſeruare ſignificationē in pticipio q̄ eſt in verbis, vt oſculās & oſculaturus te, ſicut & oſculor te, in ſignificatione actiua, & a te oſculādus in paſſiua duntaxat. Participia vero pterita v̄borū oīm, cū vtranq; habeāt ſignificationē, vtriuſq; etiā obtinēt conſtructionē, vt oſculat⁹ eū, & ab eo rurſum oſculatus. Participia itē a verbis ſubſtātiuis, vocatiuis, & eorū vim habētib⁹ deducta more ipſorū & v̄borū ntī quoq; a tergo admittūt etiā ſi pceſſerit vtūs, vt Nate meæ vires mea magna potentia ſolus .i. ens. Aue cæſar ſummus imperator. .i. ens. Pli. Salue primus omniū parens patriæ appellate. Dñe dñs noſter .i. dñe ens dñs noſter. Ad hāc quoq; formā poteris non male reducere. Popule meus quid feci tibi. q. d. popule ens meus vel qui es me⁹, niſi dixeris meus eſſe vim vetuſto more prolatū. In vtō tñ concordantiā ſubinde ſecuti ſunt authores potius q̄ ſubſtantiuorū conſtructionē, in his pſertim factus, habit⁹

Factus
Habitus
Creditus

& creditus. Propertius. Lectule delitijs facte beate meis. Seruius. Anchiſa digne habite coniugio Veneris. Catul. Ruffe mihi fruſtra ac nequicq̄ credite amice. At ſi nō preceſſerit vtūs, talē ſemper habent caſum a tergo, qualē & a fronte, vt Ciceronē tradunt parentē patriæ appellatū, cū homine credito fure. (De gerundijs) Legendo libros doctus euades. Ad diſcendū literas veni, ad inſeruiendū tibi, ad fruendū amico. Vergi. Pacem troiano ab rege petendū. Varro li. 2. Frenos ſuſpendendum. ſip. eſt. ¶ Vertuntur eleganter gerundia caſum regentia in nomina gerūdiua ſine regimine, vt cauſa viſendi te, & cauſa viſendi tui. Ad diſcendū literas & ad diſcendas literas, Legēdo libros doctus euades, Legendis libris doctus euades. Etiā in diuerſo numero p gtīm præſertim. Pli. Cū illorum videndi gratia me in forū contuliſſem. Ita Liuius. Veſtri adhortandi cauſa. Differunt ne huiuſmodi adiectiua gerūdiua a participijs in dus, cū ipſa gerūdiua per omnes etiam caſus declinentur more participiorum? Differūt ſcilicet, nēpe ſignificatione. Nā gerūdiua neceſſitatē ſignificant, aut officiū ſine tpe, participia vero paſſionē cū tpe futuro, exponūturq; per verbū paſſiuū futuri tpis modi indicatiui, vt Cædendi ſunt pueri. i. officiū eſt ſeu neceſſum eſt pueros cædi, ſi gerūdiuum eſt. Sin participium id ſignificat quod cædentur pueri.

ſeu gerundijs  i. ex propria natura & præter caſum ſui verbi.

## Sepe gerundiuis proprio dabo iure datiuos.

Abeundū eſt mihi. Si vis me flere dolendū eſt primū ipſi tibi. ¶ Hæ autē conſtructiones. In conueniendo populos in vnū. In deficiendo ex me ſpiritū meum, ſunt preter latinorū morē ad imitationē græcorū prolatæ. ¶ Gerundia inueniūtur nōnunq̄ etiā paſſiue accipi, vt Vritq; videndo fœmina. i. dū videtur. vel per hoc q̄ videt. Amoruieiū creſcitq; tegendo. i. dū tegitur. Memoria excolendo augetur. p hoc q̄ excolit. Iuſtinus. Athenas erudiēdi gratia miſſus. i. vt erudiretur. ¶ Gerūdia in di pendēt a quibuſdā nominib⁹ ſubſtātiuis, vt Nūc non eſt narrādi locus, opportunitas cōueniēdi amicā, vel ab adiectiuis verbalibus & ſimilib⁹, vt Audiēdi auidus. Prudētiſſim⁹ adulandi. Gerūdia in do a quibuſdā verbis. Incedit fabulando. Tacēdo receſſit, vel cū prepoſitionibus. In defendendo maior labor eſt q̄ in accuſando. In pugnādo viribus eſt opus. Pro recte ſcribēdo noctē inſomnē duxi. De apte dicendo pcepimus. De tranſeundo in Epyrū cogitare cœpit. Ex defendendo maior gloria q̄ ex accuſando comparatur. A ſcribendo vocabā. Ratio recte ſcribendi iuncta cum loquendo eſt. In dum gerundiantī caſus cū verbo eſt conſtruuntur, vt Studendū eſt. ferendum eſt. Accuſatiui vero cū præpoſitionibus, vt iuit ad capiendū hoſtem, ad audiendū præceptorē.

Gerūdia paſſiue accepta

Gerūdia in di.

ſndo.

Inter cœnandum audiui.i.dū cœnaretur.Inter agendū veni ob te, vel propter te roſt
mendum. Namq; ante domandum lugentes tollent animos.

.i.quando regit alium caſum
ꝙ ſuū verbū a quo deſcendit. *i.participium*

**Dum mutat regimen fit participans tibi nomen/**
pro quando .i. quando comparatur.
**Dum perdit tempus/dum comparat/aſſociamus**
.i.quādo participiū cōponitur cū aliqua dictione
ſup.participiū cū qua ſuum verbum componi non poteſt,
**Iſtis compoſitum/dum ſimplex ſit tibi verbum.**

Participium fit nomen

(Dū mutat regimē)vt Fugitans litiū.doctus grammaticæ,expertus medicinæ.(Dū perdit tēpus)vt Amandus.i.dignus amari.Reuerendus.i.dignus quē reuereamur. ſin exponantur per verba paſſiua futuri tēporis modi indicatiui,vt amandus q amabitur,colendus qui coletur,participia ſunt.(Dū comparat)vt Doctus ior iſſim9,cupiens entior entiſſimus.(Aſſociamus iſtis compoſitū)vt Indoctus,immaculat9,inexpertus noīa ſunt,quia indoceor,immaculor &c,non dicim9.Quædā ſunt noīa,ꝙ q̄uis formā ſeu vocē habeāt participiorū nō tamē participia ſunt,qa carēt tpibus & vbis a qbus formētur, vt galeatus,pileatus,tunicatus,prætextatus,comatus,criſtatus,haſtatus,ſtellatus,literatus,turritus,cornutus, aſtutus, hirſutus &c. Quædā etiā ſunt participia abuſiua ſine origine verbi vt inquit ſeruius, vt Regnatus,laboratus, nō enim dicitur laboror nec regnor in ſignificatione paſſiua. Sūt tamē participia nō noīa,qa cū tpe ſignificāt. Verg. Arte laboratæ veſtes.i.labore pfectæ. Idē. Acri quōdā regnata Licurgo.i.recta ſeu gubernata. Talia quoq; dici poſſunt pigendus,pœnitendus,carēdus,dolendus. Multa tū participia,tū noīa participijs ſimilia in voce paſſiua actiuā habēt ſignificationē,vt Cautus qui cauet,vel qui nouit cauere ſibi. Argutus.i.ſonor9 callidus ł breuis. Tutus actiue q tuetur ſeu defendit,vt tutus portus q tuetur naues.Conſideratus qui agenda conſiderat.Inconſideratus contrariū. Circūſpectus qui circunſpicit.ſed conſpicuus qui ab omnibus cōſpicitur.Concretus qui cōcreuit,vt concreta flumina.i.congelata.Concreti ſanguine crines.Diſertus qui bene diſſerit.minus eſt ꝙ eloquens.Contentus qui continet quod aīo ſuo ſatisfacit,te vreden. Scitus.i.ſciens vel ſcite factus. Fluxū qui fluit,vt fluxa eſt huius mundi gloria.i.tranſitoria.Iuratus qui iurauit.Profuſus ,qui profundit ſua,hoc eſt pdigus.vt Catilina erat ſui profuſus,alieni appetens.Inueteratus qui ſenuit. Defectus qui deficit,vt Defecta labore ſenect9.Mar.Dulcia defecta modulatur carmina lingua.Cantator cygn9 funeris ipſe ſui.Excretus qui excreuit volvvaſſen,vt Excretos hedos ſcripſit. Verg. Exoletus qui exoleuit volvvaſſen. Adultus qui adoleuit.Ignotus qui ignorat.Quinti.Si quis tamen erat ignotus,vel etiā qui ignoratur. Tacitus qui tacet vel qui tacetur Verg.Quis te magne Cato tacitū aut te coſſe relinquat. Tacitū paſſiue.i. cælatū.Falſus qui fallit vel qui fallitur,vt falſus eſt.i.deceptus.E diuerſo quædā in voce actiua, paſſiuā habēt ſignificationē,vt Euidens negotiū,quod videtur aperte.Indulgentior facies.i.pulchra & cui indulgetur ab alijs,nō ꝙ indulget. Magnificentiſſima & honorificentiſſima res.i.magnifice et honorifice facta,vel actiue.homo magnific9,magna faciens.¶ Participia præſentis tēporis quandoq; præteritū ſignificāt.Cic.Cū e Sicilia diſcedens Rhodum veniſſem.i.poſtꝙ e Sicilia deceſſerā & Rhodū veniſſem. Nam apud latinos verba actiua carent participijs præteriti temporis. *Non recte igitur dixeris.*Cū e Sicilia proficiſcens Rhodum veniſſem,cum dicendum foret.cum e Sicilia profectus &c.per participium præteritum.

Regnatus
Laboratus
*Pœnitendus*
cautus
Argutus
Tutus
conſideratus
circūſpectus
concretus
Diſertus
contentus
Scitus
*Fluxus*
Iuratus
Inueteratus
Defectus
Excretus
Exoletus
Adultus
Ignotus
Tacitus
*Falſus*
Euidens
Indulgentior
Magnificus
Honorificus

**De conſtructione aduerbiorum**

Aduerbia de-
monſtrandi
Ecce
En
Hem
Eccum &c
Ellum &c.

.i.aduerbium
demonſtrandi .i.ntm̄ .i.accm̄ ꝑ vel

**Demonſtrans rectum quartūve poteſt dare caſum**

vt Ecce agnus dei. Ecce tibi ſtatus noſter, vbi datiuus quoq; apponit̄. Ecce me. Ecce rem, ſed cū acc͞o rarius, Poniturq; ecce plærunq; vbi quid de improuiſo fieri ſignifi-camus. En priamus. En quatuor aras. En agros & quā bello Troiane petiſti. Porro en exprob rātis acc͞o gaudet. Hē Dauus. Hē aſtutias. Hē hoīs audaciā. Eſt enim hem etiā demonſtrādi aduerbiū nedū interiectio, vt infra habebis. ¶ Ab ecce veniūt eccū, eccā, eccos, eccas, & ecca. i. ecce hic eū de quo agebamus vł eos &c. vt Ecca fundi noſtri calamitas. Et ab en ellū, ellā, ellos, ellas. i. en illic eū de quo agebamus, Suntq; pronomina cū genus ac numerum recipiant. Reperitur etiam eccū vetuſto more poſitū ꝓ ecce, vt donicū pro donec. Teren. in Adel. Eccū Mitio progreditur foras.

Aduerbia tē-
poris & loci
Tunc. Tum.
Pridie
Poſtridie

**Temporis atq; loci patrijs aduerbia iungis**

(Temporis) vt Tūc temporis. Tū temporis. Interea temporis. Interea loci. i. tempo-ris. Pridie calendarū, & pridie calendas ſup. aū. Poſtridie eius diei venit quo tu, vł q̄ tu veniſti. (Loci) Eo impudentiæ, eo diſcordiæ ventū eſt. Huccine rerum venimus. Eo loci redacta eſt res. Quoquo terrarū iturus. Aliquo terrarū. Vbi terrarum ſim neſcio. Tu autē abes longe gentiū. Cice. ad Atticū.

ſ. prædictis tu .i. quantitatis q̄ ſitr gtm̄ admittunt.

Quantitatis
Partim
Affatim
Abunde

**Iſtis coniunges aduerbia quantificandi.**

Satis eloquentiæ, ſapientiæ parū. Nō ſigni ſat eſt. Partim hominū. i. quidā homines. Affatim viriū. i. abunde & ſatis viriū. Liui. Habetis affatim lignorū. Verg. Terro-rū & fraudis abunde eſt. Sed vice nominū poni videntur.

.i. nomē ad- ſ. aduer- .i. facit ſ. aduerbium.
iectiuum bium ſ. de ſe .i. cū dtō .i. etiā .i. regit .i. dtm̄

**Mobile quod format cum terno dat quoq; ternum.**

Si adiectiuum nomē cū dtō conſtruatur, aduerbiū quoq; ab eo deductū aut adver-biū ſignificatione cū fine, ſimiliter datiuū admittit. vt Obuius mihi. Obuiā mihi. Vi-uere naturæ ſi conuenienter oportet. Noſti ne locū potiorē rure beato, ſicut cōue-niēs naturæ. Cōgruens naturæ cōgruenter naturæ. Prope eſt dn̄s omnibus inuocanti-bus eū, ſicut propinquus omnibus iuxta eſt dn̄s ijs qui tribulato ſunt corde ſicut ꝓ-pe & propinquus ꝓ, niſi iunxeris datiuos verbo eſt,

ſ. exigit .i. accm̄ .i. ablm̄ ſ. aduerbiū .i. loco præpoſitionis.

Verſus
Procul
Pridie Subtus
Verſus

**Quartum vel ſextum poſitum vice p̄poſiture**

vt Romā verſus vel verſum. Forū verſus, vł ad forū verſus. Procul dubio. i. ſine du-bio, Haud procul vrbe Roma. Ouidi. At mihi iam videor patria procul eſſe tot an-nos. Curtius tū ſcripſit, Procul vrbē. & Plini. Haud procul Neapolim. Liui. Haud procul muros. Pridie calendas. i. ipſo die ante calendas. Dilataſti greſſus meos ſubtus me. i. ſubter me. Taci. Subtus vndas, Sene. Subtus tot maria. ¶ Verſus fere ſuo poſt-ponitur caſui. Et id quidē cū verbis tam quietis quam motus ad locum. vt Romam verſus ſteterunt, & Romā verſus profectus eſt. Orientem verſus. Quandoq; tamen acc͞o præponitur euphoniæ cauſa. Varro. Verſus capitolium vetus.

ſ. aduerbiū .i. ablm̄ .i. diuerſitatis ꝑ &

Exceſſus diuer-
ſitatis

**Exigit exceſſus ſextum diuerſificanſq;**

(Exceſſus) vt Duobus paſſibus longius ꝓſiliit. Ne momento quidem diutius mora-bor. Paulo melius. Multo elegantius, vel longe elegantius. Catoquo minus pe-

ſebat gloriã eo magis illã aſſequebatur. Multo ante denunciauit. Longo poſt tem-
pore venit. Paucis ante annis emerat, vel paucos ante annos. Ante paulũ, & paulo an- Ante
te. Poſt paulum, & paulo poſt. Rarius autẽ ante paulo, & poſt paulo. (Diuerſitatis) Poſt
Multo aliter euenire intelligit. Multo ſecus euenit ac ſperaueram, vel atq; ſperaueram
.i. multo aliter q̃ ſperaueram.

.i. regũt ꝓ & ſup. caſus

**Dantq; vocatiuos aduerbia ſepe vocandi** Vocandi

O Melibœe. O Pamphile ſalue. Heus iuuenes monſtrate viam. Heus enim aduerbi- O Heus
um eſt reuocandi authore Seruio. ¶ O item eſt interdum optandi. vt adſis o placi-
duſq; veni. O ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule Legitur etiam
O vtinã. Nonnunq̃ O eſt interiectio, vt infra videbitur.

## DE CONSTRVCTIONE PRAEPOSITIONVM

.i. accm̃ .i. triginta .i. exigunt .i. præpoſitiones

**Quartum ter dene ſibi poſcunt pꝛepoſiture.**

.i. ablm̃ .i. quindecim .i. præpoſitionibus.

**Sextum quindenis coniungo pꝛepoſitiuis**

¶ Præter fere accõ ſeruit, ſicut & clam abltõ. vt Præter deum timendus eſt nemo, ꝑ Præter
præter q̃ deus timendus eſt nemo. Clã cuſtodibus. Clã viro. Legitur tñ præter cũ ab- præterq̃
latiuo quaſi ꝓ ſine, & clã cũ accõ. Sal. apud Priſcia. Præter rerum capitaliũ cõdem- Clam
natis. Plin. li. 24. ca. 11. Aduerſatur venenis & venenatis præter anguibus .i. angui-
bus exceptis. Plau. Ratus clã patrẽ poſſe habere. Idẽ. Nihil poteſt clã illũ haberi. ¶ A A
præponitur dictionibus incipientibus a conſonãte. A foro, a caſtris. Ab incipientibꝰ Ab
a vocali. vt ab omnibꝰ. & a liquidis. & i cõſonante. Ab lege, ab rege, ab re, ab Ioue. Nõ-
nunq̃ ab alijs quoq;. Abs incipientibus a t, & quandoq; a q. vt Abs te, abs quolibet. Abs
Tenus gaudet abltõ ſingulari, & gtõ pl̃i. ac fere poſtponitur. vt Crurũ tenus, pube te- Tenus
nus. Sed hæc (quicquid dicat Seruius) videntur velut compoſita, quemadmodum
& illa, hactenus. catenus, quatenus. Ouid. tamẽ abltõ pl̃i iunxit. Pectoribuſq; tenus
molles erectus in auras. Et rurſum, per iugulum pẽnis tenus acta ſagitta eſt. Cor. Cel.
Inguinibus tenus. Et Pau. Oroſius præpoſuit tenus. Tenus Schythico mari. Lectum
eſt aliquando cũ accõ. vt Tanaim tenus deſcẽdit. Daciam tenus venit. Tenus autem Tenus cũ accõ
genitiuo iunctũ, dicas eſſe aduerbiũ, aut præpoſitioni accidere tres caſus, gtm̃, accm̃
& ablm̃. Tenus nomen eſt extremitas arcus, vel potius laqueus. Tenus nomẽ.

.i. he præpoſitiones .i. cõſtruuntur cũ accõ ſup. ad locum.

**In/ ſub/ dant quartum/ ſi motum ſignificamus** In ſub

ſup. ad locũ

**Si non deſigno motum: coniungito ſexto.**

Abijt in templũ. Egit cauſam in foro. Properemus ſub vmbram. Recubat ſub arbo- In
re. Plures acceptiones præpoſitionis in ad hanc etiã normam poſſunt reduci. Licaon
verſus eſt in lupũ. Fortuna parcit in pœnã .i. ad pœnã Facio in tuam ſalutem. Dicam
tibi in aurẽ. Dabo te in caueã. Potauit in multam noctẽ. Bibit in lucẽ .i. vſq; ad lucẽ,
& vſq; ad multã noctẽ. Eſt in venerem putris. Curuatus in arcum .i. in ſimilitudinẽ
arcus. Tũ vero in numerum faunoſq; feraſq; videres ludere .i. in ſimilitudinem vel
ad imitationem numeri ſeu cantilenæ. Non ꝓbantur in vulgus. In vulgus ignotus
.i. vulgo & quaſi apud vulgus. Seruius in æneida, ꝑ accm̃ dũ cõmentatorẽ dicimus
Sed Vergilius in æneide ꝑ ablm̃ quũ authorẽ ipm̃ ſignificamus. Prodigus viuit in
diẽ vł in horã .i. nõ habet rationẽ craſtini aut futuri, ſed in dies aut in horas eruditior
euadit .i. de diẽ in diem & de hora in horã. cum exceſſum atq; incrementum denotat

mus. Porro hæc oīa occultā ſignificāt motionē. ¶ In variat ſubinde conſtructionem etiā reſpectu eiuſdē verbi, diuerſa tamen ratione, motus videlicet ad locū, aut ſecꝰ ve Rapuitq; in fomite flammā, & in fomitē rapuit flammā. Conditus in nub ē. & Nota conduntur in aluo. Vulnus in capite accepit, & in caput. Accepit eū in vlnas. In æs inciſæ leges, rarius autē in ære inciſæ. Incluſus in carcerem, & in carcere. In rē tuā eſt, & in re tua eſt, vel ere tua. i. vtile tibi eſt. Plau. in amphi. Mihi in mentem fuit, vt legit Gellius. i. in mente. Et Cice. apud eundem. In prædonū fuiſſe poteſtatē ſciatis. i. in prædonū poteſtate. ¶ Sub (quādo iungitur tēpori ſignificās circa vel per) accō ſeruit etiā cum verbo quietis, nonnunq̄ etiā abltō. (Accō) Sub noctē cura recurſat. Leniſq; ſub noctem ſuſurri. Simulachra modis pallentia miris viſa ſub obſcurū noctis Sub lucem exportant calathis. i. circa lucem vel noctem, & luce ſeu nocte inſtante. (Ablatiuo) Hæc amat obſcurum volet hęc ſub luce videri. Sub nocte ſilenti. Sub cōticinio vrbē inuaſerunt. i. in luce, in nocte, & in conticinio vel per. &c. Significat ēm ſub accō iunctum fere circa, cum ablatiuo vero in, vel per. Notabis igitur ferme per accm̄ clandeſtinam motionem, non ſic per ablatiuum.

In æs inciſæ
In rem meam.
Sub

.i. hæc præpoſitio ſignificans vel erga .i. adiuncta.

**Inq; notans contra/quarto ſolet eſſe locata.**

In pro contra.

(In pro contra) vt In adulterū & in deſertorē. Quid me? Aeneas in te committere tātum? quid Troes potuere. Impius in parentes. Ingratus in amicos. (In pro erga) Pius in deū, patriā & parentes. Liberalis in ſorores. Capitur autē contra in malū. Erga plerūq; in bonū, vt Contra hoſtes. Erga propinquos. Dico (plærūq;) Nā erga in malā quoq; partem acceptum legitur. Plau. Erga te imprudens peccaui. Tacitus. Odiorū inuidiæq; erga Fabium admonebatur. Liui. Ob ingratū animū erga Romanos

Contra
Erga

.i. accm̄ .i. ablm̄

**Sed ſuper & ſubter dant quartum rarius imum.**

Sup & Subter

vt Sæua ſedēs ſuper arma. Super ſoliū Dauid ſedebit. Hic tamē hac mecū poteris requieſcere nocte. Fronde ſuper viridi. Gemina ſuper arbore ſidunt. i. in fronde viridi & in gemina arbore. (Etiā ſuper pro vltra) Super Garamantes & Indos proferet imperium. Vigilaui ſuper mediā noctē: quod & Verg. per ablm̄ expreſſit. Nocte ſuper media. (Subter) vt Subter ſcamnū delituit, & ſubter ſcamno. Vergi. Cum tamē omnes ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus.

Super p vltra
Subter

pro quando .i. ponitur .i. abltō

**Cum ſuper eſt pro de/vel pro/ſexto ſociabis.**

Super pro de.

Multa ſuper Priamo rogitās ſuper Hectore multa. i. de Priamo & de Hectore. Itē. Hæc ſuper aruorū cultu pecudūq; canebāt. Multus ea ſup re variusq; rumor. Plau. in aulu. per accm̄ dixit. Iuxta rem mecū tenes ſuper Euclionis filiā. i. de (Super ſignificans pro) Nec ſuper imperio moueor. Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborē. i. p imperio, & pro tua laude. ¶ Quęq; præpoſitio cū ſuo caſu admittit ante ſe aliā præpoſitionē ſine caſu, vt De poſt ferantes accepit eū dñs. De ſub velaminis ora me aſpexit. De ſub alpibus & de ſub ipſis Italiæ faucibus. In ante diem quintū diſtulit. Præter propter vitam viuitur. i. præter aliud q̄ propter vitam.

Super pro de, cum accō
Super ſignificans pro
Nota
Præter
Propter

## De conſtructione interiectionum

.i. has interiectiones .i. aliquando

**Hei/ſimul hem/cum veh nonnunq̄ iungo datiuis.**

Hei Hem
Vah

Hei mihi qualis erat. Hei mihi q̄ dño nō licet ire tuo. Hem tibi lupꝰ ē in fabula. Hem tibi reſciuit omnē rem. Vah nobis quia peccauimus. Martial. Vah tibi, vah mortale genus q̄ ſemper ad alta niteris, vt lapſu grauiore cadas. ¶ Vęh etiā cū

Vah

accõ legitur.ſed apud veteres tm̃.Plau.in aſi. Vęh te. Eſt autẽ veh interiectio cõmi
nantis & pducitur. At coniunctio encletica ve, corripitur. Luca. Nec quenq̃ iã ferre Ve
poteſt Cæſar ve priorem. Hei interiectio eſt dolentis ſeu ingemiſcentis. Hem corripiẽ Hei
tis ſeu indignantis. Nonnunq̃ demõſtrantis aduerbium, vt ſupra. Hem

**O petit/heu/cum proh/primo quartoue locari.** O heu proh

O beatus ortus ille, O fortunati quorũ iã mœnia ſurgunt. O infortunatũ ſenẽ. O arti
ficem probũ. O diẽ lætũ. Verg. O fortunatos nimiũ ſua ſi bene norint Agricolas. O
miſeræ ſortis ſup. nos. Heu pietas, heu priſca fides. Heu ſtirpẽ inuiſam. Heu me miſe
rum. Heu dementiam. Sed heu cũ nominibus frequentius per exprobrationẽ d'r cũ
ꝓnominibus vero dolentis eſt. ¶ Illud autẽ pſalmiſtæ. Heu mihi quia incolatus meꝰ Heu cũ noĩb
prolongatus eſt. Valla dicit in curia librariorũ eſſe deprauatũ, aliã quoq; tranſlatio Heu mihi
nẽ habere heu me. Proh pudor, proh dolor, proh deũ atq; hominũ fidẽ. ſ. teſtor. Pin
uoco ſi placet. ¶ O interiectio eſt exclamantis, & quia quouis affectu ſaltẽ vehemẽti
fit nonnunq̃ exclamatio. O cuilibet ſeruit affectui, vt inquit Valla, ſiue dolẽtis, vt O O
me miſerũ. O infelicẽ. Siue admirantis, vt O qualis facies. Siue indignantis, vt O tpa.
O mores. ¶ Heu quidã faciunt aliquãdo diſſyllabũ. Alij geminant heu heu. Alij di
cunt Eheu; que ſine caſu ponũtur. Boe. de mor. Eheu q̃ ſurda miſeros auertitur aure Heu
Verg. Heu heu quid volui miſero mihi. Heus quoq; interiectio eſt dolentis, ſil'r ſine Heu heu
caſu, vt Heu etiã menſas cõſumimus. Supra etiã habuiſti heus reuocandi aduerbiũ. Eheu
¶ Hui minoris affectus interiectio apud Terẽ. accõ iũgitur. Hui tam graues raſtros Heus
queſo. Inuenitur interdum accũs interiectione ſubaudita. Me miſerũ. ſup. o vel heu. Hui
Indignum facinus & hominẽ nequã qui non dubitauit in foro alea ludere.

## ¶ Tertiũ Capvt de ordine partiũ in cõſtructione.

**IN ordine conſtructionis primo collocandus eſt** { **Vocatiuus. Deinde nt̃us Deinde vbũ.** Prima regula

vt o Melibœe deus nobis hæc ocia fecit

¶ Nt̃us tamen a tergo rectus a verbo ſubſtantiuo, vocatiuo, aut eius vim habente, poſtponendus eſt.

**Genitiuus Datiuus. Accuſatiuus Ablatiuus** { **ponendus eſt poſt dictionem a qua regitur a parte poſteriori.** Secũda regula

**Accũs a fronte rectus ab infinitiuo: preponendus eſt.** Tertia regula.

vt Pueros literis dare operam eſt vtile.

**Aduerbiũ Prepoſitio Infinitiuꝰ** } **debet poni poſt verbũ/participiũ vel nomẽ adiectiuum quod determinat.** Quarta regla.

**Antecedens relatiuo eſt preponendum.** Quinta regla.

vt Quem mihi commendaueras tibi reddo Vergilium. Patrẽ ſequitur ſua proles

Sexta regula.

## Ablatiui abſolute poſiti poſſunt preponi vel poſtponi.

vt Saturno rege aurea fuere ſecula. Allato vino cœnabimꝰ. ¶ Relationis tamē cauſa huiuſmodi abltī qñqȝ neceſſario preponūtur. vt Cōuenientibus diſcipulis Ieſus ait eis. Q̄ñ qȝ neceſſario poſtponūtur. vt Cōuenientibus diſcipulis ſuis Ieſus ait. Nōnunq̄ etiam de neceſſitate in medio collocātur. vt Conuenientibus diſcipulis ſuis Ieſus ait eis.

## Quis/Qualis/Quantus/ Exceptiones

Prima exceptio

**Cuius/Cuias/**
**Quotus/Quot** } **debent preponi**
**Et eorum aduerbia.**

Cuius, a, um
Cuias atis

vt Cuius finis bonus eſt ipſum quoqȝ bonū eſt. Quē vidiſti? Qualis eſt hic? Cuiū pecus? an Melibœi? Cuia pena eſt? vel cuius pecus? cuius penna? ſi cuius ſit a quis vel qui. Cuias eſt ſodalis iſte tuus? id eſt de qua gente, patria vel ſecta. Veſtras, Germanus, Romanus, Stoicus: Cuiatē ſe dicit? peripateticū. Quotus fuiſti? primus, ſecundus, vndecuſ

Quotus

geſimus. Quotus venies? id eſt quot eritis venientes. Tertius veniā. i. tres veniemus. (Et eorū aduerbia) Quomodo fiet iſtud? Quoties fuiſti Romæ? Qui id fieri potuit? Qualiter erat adfectus? ¶ Quid eſt ſubſtātiuū, vt quid negocij? quid rerū? Quod vero adiectiuū, vt quod negociū? quod ius? ¶ Quis & quid tm̄ interrogatiue vel infinite accipiuntur, nunq̄ autē relatiue, vt Venit ad me neſcio quis. Scio quis, aut quiſnā ſit. Incidit neſcio quid ſuſpitionis. Scio quid moliantur. Neſcio quid monſtri alant. Sed qui, qualis, quantus, & cætera in litera poſita, & aduerbia ab ipſis deducta, vt Quō, quo, qua, qualiter, quoties, & ſiſr vbi & vnde poſſunt interrogatiue, relatiue, vel infinite accipi, vt Qui finis erit diſcordiarū? i. quis. Neſcio qui vir ſis Parmeno. i. qualis vir. Hic infinite accipit q. illic interrogatiue. Verūtamē q in ſingulari fere accipit relatiue. Qualis tibi videor? Neſcio qualis ſis. Nequā mihi videris qualis & parēs. Quotū me putas fuiſſe? Reſcius quotus fueris. Tertius fuiſti quotus & ego. Quot ſunt tibi conuictores? Satis opinor te audiſſe quot ſint nobis conuictores. Tot ſunt mihi liberi quot & tibi. Nā decem ſunt mihi, quot & tibi. Ita de aduerbijs quoqȝ. Quo abis? Profectus eſt Romam quo & pater. Me latet quo abierit. Vnde venis? Roma venio vnde & tu. Scis vnde veniam.

Quid
Quod
Quis & quid,
Qui

Secūda exceptio

## Caſus negatiuus vel eſt pponēdus/ vel reſoluēdus p non.

Neminem verecundari decet ad menſam. i. nō decet aliquē verecūdari. Fraus & doli is nemini patrocinantur. i. non patrocinātur alicui. Caſum tamē negatiuū a fronte pendentē non oportet hoc modo reſoluere, vt Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. Scio nullam peperiſſe hic. Spero nihil periſſe rerum tuarum.

Tertia except.

i. aduerb. ſimitudinis demōſtrādi i. interrogādi, i. eligēdi .i. vocandi optandi
## Quod ſimilat/monſtrat/petit/ eligit ꝛ vocat/ optat/
i. aduerb. negandi i. præponitur aduerbium
## Sicqȝ negatiuum/ preceduut/ ꝛ prohibendi
i. hæ dictiones ſup. cōiunctiones i. pponuntur
## Cum/quia/dum/donec/quoniam ſimileſqȝ precibunt.

vt ſicut miſit me pater, ſic & ego mitto vos. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Cur non canis. Orat te, imo obſecrat. Vtinā dirūperes cœlos. Ne feceris &c.

EXEST SYNTAXIS.

terieccthones etiā ſole ꝑponuntur
erbis/

Sequitur introductorium in artem verſificatoriam.

# INTRODVCTORIVM IN ARTEM VERSIFICATORIAM

## De Literis, & earum diuiſione.

Vocales. Conſonantes. Semiuocales. Mute. Diphthongi. I & u. Duplices conſonantes. Liquidæ.

**Literarũ aliȩ ſunt vocales: aliȩ conſonantes.** Vocales ſunt quinq̃, a, e, i, o, & u. Reliquæ literæ oẽs ſunt conſonãtes. Conſonãtes aliæ ſunt ſemiuocales, aliæ mutæ. Semiuocales ſunt ſex, l, m, n, r, s, & x. ſic dictæ eo q̃ a vocaliũ ſono incipiẽtes in conſonantiũ deſinũt ſonũ. Mutæ vero nouẽ, b c d f g k p q t, vocatæ mutæ, q̃a e cõtrario a conſonantium ſono in ſonũ mutãtur vocaliũ. ¶ Ex vocalibus quatuor diphthongos conficimus, æ œ au & eu. (æ) vt cædo muſæ. (œ) vt pœna. (au) vt audio. (eu) vt euge, tydeus ¶ I & u, ſi in principio ſyllabæ ponantur ſequente vocali, ſimplices ſunt conſonantes. vt Iuno, Venus, adiungo aduenio, vel diuinus. ¶ X & plerunq̃ z duplices ſunt conſonantes vt axis, gaza. I quoq̃ poſitũ inter duas vocales, pro duplici accipit cõſonante, q̃ſi in medio dictionis ab eo incipitur ſyllaba, ſic vt in eadẽ ſyllaba iungat̃ cũ vocali poſteriore. vt maior, peior, troia. Q̃d veritatẽ habet in ſimplicibus præſertim. In cõpoſitis autẽ ſic poſitũ plerunq̃ eſt ſimplex tñ, vt biiugus triiugus, Ver. Biiugiq̃ ad frena leones. Idẽ. Nõ tã ꝑcipites biiugo certamine campũ corripuere. Et rurſum. Centũ quadriiugos agitabo ad flumina currus. Nã ſi in dictis, duplex eſſet, ꝓcedentẽ vocalẽ ꝓduceret poſitione. Liq̃dæ ſunt duæ l & r. Addiderunt etiã quidã m & n.

## De quantitatibus ſyllabarum.

Compoſitio. Diminutio. Deriuatio. Accentus. Exemplum. Regula.

Syllabarũ quantitas ſex cognoſcitur modis, cõpoſitione, diminutione, deriuatione, accentu, exemplo, & regula. ¶ Cõpoſitione ꝑcipitur quãtitas primæ ſyllabæ, ſi dictio diſſillaba figuræ ſimplicis, cũ aliqua dictione componatur. vt pono primã producit, quia dicimus cõpono media longa. Tego vero primam corripit, nã dicimus protego media breuiata. Sola autẽ penultima ſyllaba cognoſcitur compoſitione aut accentu. ¶ Diminutione cognoſcitur media ſyllaba, vt ſi velis ſcire quãta ſit tu, in noĩe fortunarũ, tollerũ, & ſupeſt fortuna media longa: ſic tabularũ abiectarũ, tabula penultima breui remanet. ¶ Deriuatione cognoſcit̃ quantitas ſyllabæ, q̃m deriuatiuũ ſapit naturã primitiui, vt donũ primã ꝓducit, quia dono as producit eandem. Verg. Hac te nos fragili donabimus ante cicuta. Inuenitur id interdũ fallere, ſed raro, vt nato primã corripit. Iuue. Res fiſci eſt vbicunq̃ natat quocunq̃ receſſu. & Hora. Si fractis enatat expes nauibus Et tamen deriuatur a ſupino vbi Nonas natu q̃d eandem producit. Ita & in paucis aliis q̃ paſſim poetarũ lectio mõſtrabit. ¶ Accentu penultima tantũ ſyllaba cognoſcitur, vt fortuna penultimam producere indicat accentus, ſicut & tabula eandẽ breuiare. ¶ Exemplo cognoſcitur q̃libet ſyllaba, quando ad probati alicuius poetæ recurritur authoritatem, vt ſi neſcias quanta ſit prima aut ſecunda in noĩe pecunia, ex hoc Horatii verſu doceberis, Et genus & formã regina pecunia donat. Ita quoq̃ ꝑcipies ea, in noĩe caput ex hoc eiuſdẽ poetæ verſu. Humano capiti ceruicẽ pictor equinã. In omnibus enim poetarũ vſus eſt requirendus, tanq̃ firmiſſima lex & certiſſima. ¶ Regula quoq̃ cognoſcitur q̃libet ſyllaba. Pro cuius explanatione ponentur aliquot regulæ generales.

Prima regula

## Omnis poſitio eſt producenda.

vt Cantans, cuius vtraq; ſyllaba poſitione producitur. Poſitio autem eſt quando v-
Poſitio nam vocalem duæ ſequuntur conſonantes. vt pars, vel vna conſonans geminata. vt
tellus, vel duplex conſonans. vt axis maior gaza.

Secūda regula **Si vocalē natura breuē ſequatur muta cum liquida/ ta-
lis ſyllaba in qua ponitur vocalis/ſaltē in metro: erit cōis**
.i. indifferenter longa vel breuis vt tenebræ. Ver. Deſpiciunt clauſæ tenebris & car
cere cæco. Luca. Interea phœbo gelidas pellente tenebras. Diximus (ſaltē in metro)
Nam in oratione ſoluta huiuſmodi vocalis ſemper breuiatur.

Tertia regula. **Omnis diphthongus producitur. vt**
Audio, euge, cædo, pœna. Corripitur tamē diphthongus ſequente vocali in cōpo-
ſitione, vt apud Vergiliū, Stipitibus duris ſudibuſve præuſtis.

Quarta regula **Vocalis ante alterā vocalem in latinis dictionibus bre-**
Fio uis eſt vt Pius, iens, eō. Excipitur primo fio, qđ i ante ſequentē vocalē producit, niſi
In ius genitiui. poſt e ſequatur r, nā tūc breuiatur. vt fierē, fieri. Secđo excipiunť gtī in ius, vt vnius il-
lius ipſius, in quibus i ante u ſaltē in vſu modo lōga modo breuis inuenitur. Verg.
Vnius obnoxā & furias Aiacis oilei. In alius tñ gtō, ſp. pducitur, ſicut cōtra in alte-
Ei quinta rius ſp corripitur. Excipiuntur item gtī & dtī quintæ declinationis, q e ante i pducūt
vt diei ſpeciei Et hoc verū, ſi ante e ponatur vocalis. Sin precedat cōſonans breuiať.
Greca vt rei, fidei. In græcis vero dictionibus vocalis ante vocalē non raro producitur.

Quinta regula. **Omne preteritum diſſyllabum primam producit. vt**
Moui, noui, paui, creui, luſi. Excipitur preteritū in quo eſt vocalis ante vocalē, vt fui
rui, qđ ſemper breuiatur. Excipiunť itē hæc ſex, bibi, dedi, fidi, ſcidi, ſteti, & tuli. A-
lexander. Oīa præterita pones diſſyllaba lōga. Quæ breuiant geminæ vocales demē
bibitq;, Et dedit atq; fidit, ſcidit, & ſtetit, & tulit, hæc ſex.

Sexta regula. **Omne preteritum geminatum primam corripit. vt**
Momordi,

**Ceterorū autē pteritorū tāta eſt prima quanta preſentis.**
Excipiuntur genui, poſui, & coegi, q̄ a longis deducta breuiātur. Itē reppuli, reppe
ri, & rettuli, q̄ licet a breuibus in pñti veniāt, primā tñ poſitione producunt.

Septima regula **Omne ſupinum diſſyllabum primam producit. vt**
Luſum, riſum, motum. Excipiūtur quitum, ſitū a ſino, citū a cieo es, ſatū litū & itū.

Octaua regula. **E/de/pre/ et ſe/ prepoſitiones ſemper producuntur in cō-
poſitione ſicut et extra compoſitionem.**
H Niſi corripiantur vocali ſequente, vt deamo, præeo, ſeorſum, dehiſco. H enim non
Di eſt litera, ſed aſpirationis nota.

**De ubiq; producitur. vt**
Diduco, diuido, præterq̄ in dirimo & diſertus.

Re **Re vero pppoſitio inſeparabilis oībus locis breuiatur. vt**
Reduco, remoueo. Reijcio vero producitur poſitione, nam i fit duplex conſonans.
Refert pro inter eſt. Similiter in repperi reppuli & rettuli. Quod autē refert .p. diſtat ſeu intereſt primā
producit, nihil obſtat, componitur enim a re nomine, non reppoſitione.

**Pro producitur. vt** Pro

Propono. Niſi in iſtis Propero, protervus, procella, propheta, pronepos, profugus, prophanus, profundus, profundo, profeſtus, profatus, profiteor, profecto, procuro proficiſcor. Et niſi ſequatur vocalis. vt Proauus, prohibeo.

## De quantitate vltimarum ſyllabarum.

**In A deſinentia producuntur. vt** A

Vltra, ama. Excipiuntur ita & quia & puta aduerbium. Caſus in a corripiũtur præter abltõs & vtõs venientes a ntis productis vt o Aenea. Numeralia vero inginta, vt triginta & quadraginta finalẽ habent indifferentẽ. Sunt tamen qui putent inginta ſemper produci. ingenta ſemper corripi.

**In e monoſyllaba producuntur. vt** E

Me, te, ſe. Excipiuntur ꝙ pro &, ne pro an, & ve coniunctio diſiunctiua, & ſyllabica adiectio te quæ ſemper breuiantur.

**Poliſyllaba vero in e corripiuntur. vt**

Mare. Niſi ſint diphthongata in fine. vt muſæ. Excipiuntur græca in e. vt Helene. Penelope, & his ſimilia nomina, quæ e finale ꝓducunt. Vocatiui quoꝗ primæ declinationis veniẽtes a ntis ꝓductis, ꝓducunt. vt Anchiſe, Pelide. Vnus etiam ablatiuus tertiæ declinationis. vt fame, producitur Antiqui enim fames ei inflectione quinta declinabant. Producuntur itẽ quidã abltĩ græci. vt Eufrate & Ariſtotele. Itẽ abltĩ quintæ declinationis. vt die cum compoſitis pridie & poſtridie hodie. In verbis imperatiui modi ſecundæ coniugationis numeri ſingularis producitur e finale vt doce, vale, quod tamen ſequente vocali corripi inuenitur, vt apud Vergi. Et longum formoſe vale inquit Iola. Inſuper aduerbia quæ veniũt a noĩbus. vt a tardo tarde a pulchro pulchre, a docto docte, & huiuſmodi alia finalẽ producũt. Bene tamen & male breuiantur. Fere vero & ferme producuntur. Fame Eufrate Ariſtotele

**I finalis producitur. vt** I

Legi. Mihi aũt, tibi, ſibi, ibi, & vbi indifferenter ponuntur. Niſi & quaſi & dtĩ græci. vt Palladi. Et vtĩ græci. vt amarilli corripiuntur.

**In o deſinentia monoſyllaba producuntur. vt** O

O, do, ſto.

**Poliſyllaba vero in o finalẽ habent indifferentẽ vt**

Lego. Excipiuntur dtĩ & abltĩ in o terminati. vt dño, magiſtro, illo quorum finalis tantum ꝓducitur. Gerundia. vt legendo. ſcribendo, & alia indifferenter ponunt. Gerundia

**V finale ſemper producitur. vt** V

Cornu.

**In B, D, M, T deſinentia finalem corripiunt.** B, D, M, T.

Niſi poſitio, vel diphthongus aut ſyncopa interueniat. Poſitio, vt legunt. Diphthõgus, vt aut, Syncopa, vt fumat pro fumauit.

**In C literam deſinentia producuntur. vt** C

Sic, halec. Excipiuntur lac, nec, donec quæ breuiantur. Hic pronomẽ indifferẽs eſt. Aduerbium vero longũ, Hæc diphthongon habet. Hoc quidã dicunt indifferẽter poni aliĩ autẽ authoritate Priſciani corripi debere. Nonnulli in abltõ ſemp ꝓduci. Lac Hoc

L **In l terminata corripiuntur: vt**

Sol Hannibal, pugil, Sol autem et nil producuntur. Barbara quoq; in el ſyllabā deſinentia produci ſolent, vt Daniel, Michael.

N **In n literam deſinentia producuntur. vt**

Titan. Deme an, forſan, forſitan, en et tamē cū compoſitis. Et corripientia penultimā creſcentis gtī, vt Nomen inis. Et accōs græcos in yn terminatos, vt Capyn, & pcyn. Et in on græca quædā deſinentia, vt Ilion, pelion, quorum finalis breuiatur.

R **In r terminata vltimam corripiunt. vt**

Cæſar. Excipiuntur Aer, æther, & crater, & plæraq; alia in er tertiæ inflexionis græca, vt Character, pſter, &c. Et monoſyllaba, vt Lar, far, ver, cur, fur, & par, cū ſuis cōpoſitis, vt diſpar q̄ producuntur. Ex monoſyllabis tamen breuiantur Fer cū compoſitis, vt confer & per, vir & ter,

As **In as deſinētia latina et græca finalē producūt ſyllabā: vt**

Pietas, palas antis. Ex græcis excipiuntur terminantia genitiuum in dis, vt Arcas adis. Pallas adis. Et accuſatiui plurales tertiæ declinationis, vt Troas, lampadas, quorum finalis breuiatur.

Es **In es deſinentia finalem producunt: vt**

Doces. Excipe penes præpoſitionē: & es verbū ſubſtantiuū cū compoſitis. Itē græca pluralia, vt troades, arcades, garamantes, et corripientia penultimā creſcentis gtī, vt diues, quorū finalis corripitur. Ex ipſis tamē corripientibus penultimā creſcētis gtī demuntur, abies, paries, aries, Ceres & pes cū compoſitis que producuntur.

Is **In is terminata vltimam corripiunt: vt**

Ignis. Deme velis cū cōpoſitis et v̄ba ſecūde perſonæ ſingu. indicatiui quartæ inflexionis, vt audis. Tolle etiā ntōs, p̄ducentes penultimā creſcentis gtī, vt ſamnis itis, et plurales caſus dtōs. ſ. accōs et abltōs in is deſinentes, vt muſis populis. Et oīa monoſyllaba, vt vis, ſis, et ab eis cōpoſita, vt q̄uis, adſis quoꝝ oīm finalis p̄ducit. Ex monoſyllabis ſubtrahimus duos rectos, is & quis. Item nis, tis, bis que breuiantur.

Os **In os deſinentia finalem producunt ſyllabam: vt**

Nepos. Excipe os oſſis, compos compotis. Et græca in os, vt ilios quorū finalis breuiatur. Heros tamen & tros producuntur.

Vs **Vs finale corripitur vt**

Pectus, vlcus. Demuntur monoſyllaba, vt Plus, thus: & producentia penultimam creſcentis gtī, vt virtus virtutis, tellus telluris &c, quorū finalis producitur. Genitiui ſingulares & ntī accī & vtī plurales quartæ declinationis, vt manus producuntur. Item græca, vt Melampus vltimam producunt.

## De pedibus verſuum.

**Pedes qui in frequentiori ſunt vſu fere ſunt hi.**

Dactylus, ex prima longa & reliquis duabus breuibus, vt Omnia.

Spondæus, ex duabus longis, vt Cantans

Trochæus, ex priore longa & altera breui, vt Diuus

Anapeſtus, ex duabus prioribus breuibus & tertia longa, vt Dominos

Iambus ex priori breui & altera longa, vt Deos.

Tribrachus, ex tribus breuibus, vt Dominus

proceleumatices, ex quatuor breuibus, vt pariete
Pirrhichius, ex duabus breuibus, vt Deus
Choriambus, ex prima & vltima longis duabus breuibus interpoſitis, vt Olpotẽs.

## ¶ De aliquot verſuũ et carminũ generibus.

Triplex eſt carminis genus/Heroicum/Elegiacum et lyricum. Carmen heroicum: eſt quod verſibus tantum hexametris conſtat — Carmen heroicum.

Dicitur autẽ heroicũ ab heroib⁹, ꝙ eo ferme genere carminis in rebus heroũ ſeu principũ vtimur, cuiuſmodi ſunt res diuine, res bellice, et cetere res graues et magnifice.

**Verſus autẽ hexameter eſt qui ſex conſtituitur pedibus.** — Verſus hexameter.

Quẽ verſum hi tantũ pedes dactylus, ſpõdæus & trochæus ingrediuntur. Dactyl⁹ in hexametro verſu vbiq; ſtare poteſt præterq̃ ſexta ſede. Spondæus etiã vbiq; præterq̃ in quinta. Trochæus vero vltimo tantũ loco. Ponitur tamẽ nõnunq̃ ſpondæus pro dactylo in quinta ſede, vt apud Luca. Altus cæſorũ ponit cruor armentorum. Alij quoq; reperiuntur quanq̃ rarius, vt proceleumaticus et anapeſtus. Proceleumaticus vt apud Verg. Hæret parietibus ſcalæ poſteſq; ſub ipſos. Anapeſtus. Idẽ. Fluuiorum rex Eridanus campoſq; per omnes.

**Elegiacum carmen eſt quod dupl'ci verſuum genere cõſtat/hexametro/videlicet et penthametro.** — Elegiacum carmen.

Dicitur aũt ab elegia que miſeria interp̃tat. Nã eo gñe carminis res miſeræ & lamẽtabiles deſcribi cõſueuerunt, Quale eſt hoc primũ carmẽ Boetij de conſo. Carmina qui quondã ſtudio florẽte peregi, Flebilis heu mœſtos cogor inire modos.

**Verſus aũt pentameter dicitur: q̃ q̃nq; conſtat pedibus.** — Verſus pentameter.

Quiquidẽ pedes ita locãtur vt in primis duabus regionibus dactylus et ſpondæus, indifferẽter ponãtur. Poſſunt enim eſſe duo primi pedes vel ãbo ſpõdæi vel ambo dactyli vel alter dactylus, alter ſpõdæus, quos duos pedes, poſtq̃ ſcanderis. ſequẽtem ſyllabã proferas, eãq; ſolã relinquas, deinde facias ſemp̃ duos dactylos, rurſus relicta in fine vltima ſyllaba v̾ſus q̃ poteſt eſſe lõga vel breuis. Si longa, ex ipſa & illa q̃ relicta eſt in medio poſt primos duos pedes que fere ſemper longa eſt, fiet ſpondæus. Sin aũt eſt breuis fiet trochæus. Sicq; vltimus pes pentametri poteſt eſſe ſpondæus, vel trochæus, Hic autẽ videtur facilior & melior modus ſcandendi verſus pẽtametri. Quod totum clarius fiet hoc exemplo, Nil mihi reſcribas attamẽ ipſe veni. Qui verſus ſic ſcanditur. Nil mihi, reſcri, bas at, tamen ip, ſe ve, ni

**Lyricum vero dicitur quodlibet carmen extra heroicum et elegiacum.** — Lyricum carmen.

Et dicitur Lyricum a lyra, ꝙ ea carminũ genera ad lyrã cani conſueuerũt. At quia lyricorũ oẽs explanare ſpecies, maioris foret negocij, q̃ nos in præſentia ſuſcepimus, nempe in introductorio tantũ, aliquot dũtaxat eorũ carminũ ſpecies paucis perſtringere eſt animus, eorũ videlicet quæ in frequẽtiore eſſe vſu, quæq; teneriori adhuc puerorum ætati magis futura vſui arbitrabimur. Cuiuſmodi ſunt Sapphicum, Adonium, Aſclepiadaum, Phalæcium & Iambicum.

**Sapphicum pedes quinq; poſſidet.** — Sapphicum.

Nam ſede *prima* Trochæum, *ſecunda* Spondæum, *tertia* Dactylum, *quarta* Trochæum, quinta Spondæum vel Trochæum ſuſcipit.

Adonium

**Adonium ex duobus tantum pedibus/ Dactylo videlicet et Spondeo ſiue Trocheo conficitur.**

Sapphicis Adonia ita plærunq; coniunguntur, vt poſt tres ſapphicos verſus vnus ſequatur adonius. vt apud Horat. Iam ſatis terris niuis atq; diræ Grandinis miſit pater & rubenti. Dextera ſacras iaculatus arces Terruit vrbem.

Aſclepiadæū

**Aſclepiadeum quattuor pedibus conſtat.**

Nam in prima regione Spondæum, *in ſecunda* & *tertia* Choriambum, & in nouiſſima Pyrrhichium ſiue Iambum frequentiſſime inuenies. Horati. Mecœnas atauis edite regibus.

Phaleucium

**Phaleucium carmē ex quinq; pedibus componitur.**

Nam in *prima ſede* Spondæum, *in ſecunda* Dactylum, *in tertia* & *quarta* Trochæum, in vltima Trochæum vel Spondæum recipere ſolet, vt apud Catullum. Paſſer delitiæ meæ puellæ.

Iambicum

**Iambicū/ ab iambo ſic dictū/ primum ab Archiloco ſex** Iambis compoſitum eſt. Mox poetarū licentia effectum, vt Spondæus *in quauis huius* carminis regione recipi poſſet, dempta ſecunda & quarta, in quibus(niſi poetarū maior obſtet licentia) Iambus perpetuum locum obtinet. *Interdum tamē in prima* pro ſpondæo anapeſtus, & *in ſecūda* pro iambo tribrachus *reperitur*. Quale eſt hoc carmen, Nec fonte labra prolui caballino. Nota generalem regulam in omni genere verſus fere ſemper ſeruatam.

Nota

**In diuerſis dictionibus eiuſdē verſus/ non ponemus vocalem poſt vocalē/ neq; vocalē poſt m/ niſi fiat colliſio ſeu abſumptio precedentis vocalis vel ipſius m.**

Vt in hoc verſu eſt colliſio & literæ m, & vocalis. Multum ille & terris iactatus & alto. Inuenitur tamen nonnunq̄ vocalis poſt vocalem etiam ſine abſumptione, vt apud Vergilium Sub Ilio alto, & apud eundem. Et longū formoſe vale, vale inquit Iola. Itē. O pater, o hominū diuumq; æterna poteſtas. Sed id quū rariſſime a poetis factitatum inuenies: ne paſſim ac temere imiteris.

FINIS


ILLEM
W V
VORSTERMĀ